Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Eine Abhandlung über Mensuralmusik

Müller, Hans

Karlsruhe, 1886

Fragment

urn:nbn:de:bsz:31-343519

Visual Library

Regule sup discantum. et ad discendum qualis noctis discantus.

Ad discendam artem dis
cantandi. notandum est qd omnis
discantus vno sex modorum habet.
Primus modus constat ex prima longa
secunda breui. et sic deinceps.
Secundus constat ex prima breui se
cunda longa. tercia breui. quarta longa.
et sic ulterius hoc modo. Tercius
ex vna longa et sequentibus duabus
breuibus hoc modo.
Quartus modus potest esse contrarius. ex
duabus breuibus. et sequitur longa. sed non
est in vsu. Quintus ex omnibus longis hoc
modo. Sextus ex omnibus breuibus
sic. Isti tamen modi frequenter
adinuicem miscentur. sic enim muta
tur de primo in tercium vel in quartum
et sic de aliis. Videlicet sciendum est
qd notarum alia simplex est. alia com
posita. Simplex est que constat ex v
nico puncto. Composita que ex pluribus.
Item punctorum aliud est caudatum. aliud
sine cauda. Item aliud cum plica. aliud
sine plica. Punctum sine cauda et
plica sic scribitur. punctum cum
cauda sic. punctum cum plica
ascendente sic. vel sic. cum
plica uero descendente sic. vel
sic. De omnibus hiis punctis si
plicibus tales dantur regule. Puncta
sine nota simplex sine cauda et
plica breuis est. caudata vero
longa. Et si due caudate im
mediate se inuicem sequantur.
prima earum valebit longam et breuem.
secunda longam simpliciter. Idem enim
est iudicium de plica longa et caudata.
Puncta vero si oblique scribantur

sic. erunt semibreues.
et duo talia cum tamen collocate
possimus. sicut vnum breue tem
pus. Item nota qd plica semper sic
. vel sic longa est. longa est.
sic vero. vel sic. breuis est.
Notarum compositarum quedam habent
duo puncta adinuicem ligata. quedam
plura. harum quedam dicuntur scribi cum
proprietate sic. Quedam sine
proprietate ut hec: quedam cum
opposita proprietate vt hec.
Regula generalis est qd duarum adinui
cem ligatarum cum proprietate scriptarum
prima breuis est. altera longa.
Due vero sine proprietate simul ligate
ambe sunt breues. et valent vnam
longam. Due vero cum oppo
sita proprietate scripte sunt se
breues. i. ambe simul valentes
vnam breuem. Hoc tamen excepto qd
si duo puncta adinuicem ligata sic
formentur: primum
eorum valet duas longas. secundum vero
vnam longam. Eodem modo si nota
simplex sic scribatur.
valet duas longas. Item nota
qd due adinuicem ligate quando sic
scribuntur. et tunc puncta
ipsa ambo sunt breuia. De tribus
adinuicem ligatis sciendum est qd
possunt scribi cum proprietate sic.
et in omnibus
hiis prima longa est. secunda breuis. tercia
longa. nisi forte noua caudam pro
cedat. vel ligantur hoc modo
et tunc de tribus ligatis
prime due sunt breues. tercia longa.

Item tres ligate possunt scribi sine pro
prietate sic.
et in omnibus hiis tribus ligatis prima est
breuis. secunda longa. tercia breuis. Item tres
ligate quando scribuntur cum opposita pro
prietate sic. et in omnibus
hiis due prime sunt semibreues. tercia
breuis. Item inuenitur quandoque talis nota
. que valet tria puncta descenden
tia breuia. Similiter inuenitur talis.
que valet vnam longam id est duo breuia
ita qd primum punctum est breue. reliqua
duo semibreuia. De quatuor adinui
cem ligatis sciendum qd si inueniantur
in hac figura. prima erit bre
uis. vltima longa. Si vero sic.
omnia sunt breuia. Si vero sic.
. prima duo erunt semibre
uia. tercium vero et quartum breue. Vlterius
de pausis sciendum est qd pausa occu
pans vnicum spacium scilicet inter lineam et
lineam breuis est vnius temporis. pausa
occupans duo spacia longa est du
orum temporum. si vero vltra excedat
erit longa trium temporum.

Quam me sobebat dicede in hebat



Lichtdruck von J. Schober, Karlsruhe.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Landesbibliothek
Karlsruhe